

III.

NEOVIDENSIS

Nro 74. (*Neovidensis* 1805. Nro 71.)

---

*Secretum litterarum commercium vivos  
inter, ac mortuos.*

Epistola Campi Mareschalli Bender ex campis elysiis missa ad quendam suorum amicorum in mundo superiore.

---

Elysiata -- Meum. -- Die Martis 17. Sept. 1805. (*Neov.* 3. Sept..)

---

*A m i c e !*

**H**is bellicosis temporibus, sæpe ex cara nostra patria Germania veniunt nonnulli Officiales, milites, vel etiam politici in has beatorum sedes, ego diligentissime adsum in telonio Charontis, interrogo, & ausculto, quid ibi superius apud vos agatur; Modo mera bella sunt materia colloquii, nisi forte adveniant ephemerides ex campis elysiis, quas solas avidissime legimus, & unum aliquem præclarum virum viventibus in exemplum de tumulo excitent.

Nosti, virorum amicissime! bellum esse verum Martis alumnorum nutrimentum; hoc

meam senectutem recreabat, & tu vir strenuissime, cum gaudio properabas, quo te gloria vocaverat. Novum ergo in continente gerendum bellum imminet Europæ; Aperta Germania, & munita Italia sunt duo theatra belli, in quibus Mars sanguinea cuspide verberabit urbes. Tam late patentem armorum campum, qualem Germania suppeditat, nullibi alibi est invenire. Verum Italia præsidii plena? — Veluti Historiæ testantur, jam huic, jam illi paruit. Omnis relata victoria tribuit victori totam provinciæ ocream, quam ille pro tempore induit, & iterum facili negotio exiit, quin propterea amittat spem illam iterum recuperandi. Hæc Italia ocrea (*talem enim formam refert geographica Italiæ mappa*) uniuscujusque victoris pedi est apta. Quam horrida bella gesta sunt in Italia omni ferme sæculo! Ab interitu Romanorum hoc regnum a longinquo venientes barbari invaserunt, novissimis autem temporibus raro erat bellum, quo paradus iste Europæ intactus manisset.

Quotiescunque topographicum Domus Austriacæ situm expendo, toties deprehendo eum talem esse, qui in omnibus Gentium controversiis vim bellicam debeat exserere. Si Imperator Austriæ ex sua arce ditiones suas militari spectet oculo, undique bellicossæ ejus oculis objiuntur positiones: Ab oriente, & meridie possunt adventare Tur-

cæ, a  
ptemtr  
Galli.  
jorem  
Russia  
go, q  
cialis  
unqua  
merid  
provin  
cinct  
sioni  
magn  
que h  
fit,  
nem

hi p  
impli  
enim  
nam  
hoste  
tur  
bello

desc  
usqu  
bon  
sit f  
app

cæ, a regionibus aquilonaribus Russi, Septemtrione Borussis, ab occidente denique Galli. Talis topographia nullum alium majorem in Europa statum tantopere premit. Russia a septemtrione, & oriente tam a tergo, quam lateribus libera est; Nec gleba glacialis Spitzbergensis, nec Tartari Thibetani unquam impetum in eam facient. Gallia a meridie, & occidente maribus, atque victis provinciis, sed quibuscum amicitiam colit, cincta potest vires suas cuicumque aggressioni opponere. Sola Austria, in medio magnarum, ac fortium Gentium posita undique hostium incursionibus est exposita. Inde fit, ut omnem Europæi æquilibrîi turbationem quam maxime persentiscat.

Hæ considerationes veterane amice! mihi persvaserunt, Austriam plerisque bellis implicari, non ut imperii fines proferat, hoc enim nunquam factum est, nec fieri poterat, nam illico omni ex parte potentes prorupere hostes, sed ut se conservet. Atque iste videtur esse etiam modo casus, quo tanta de bello jaçantur.

Gallicæ ephemerides, & qui in nostrum descendunt Avernum, certos nos reddunt, usque ad diem secundam septembris Vindobonæ decisum iri quæstionem: An bellum sit futurum, an pax? Continuatur quidem apparatus bellici, & itinera militum; At le-

gati utriusque Gentis nondum discesserunt, nec *Manifesta*, in quibus rationes belli exponerentur, facta sunt publici juris.

Cum itaque tempus anni in hyemem inclinaret, qua durante non potest multum fieri, omnem apparatus hostilem habeo potius pro armata negotiatione, speroque disceptationem amica compositione terminandam.

Interea lego in Argo, Gallico, semiofficioso rerum novarum scriptore, sed tonum Anglicum imitante sequentem singularem relationem: *Parisiis 27. Augusti*. Redditæ nobis sunt Anglicæ litteræ usque ad 17. hujus. Altum tacent de victoria Roberti Calder. Gaudium de ea conceptum non duravit diutius, quam gloria hujus Admiralis. Nunc certo constat, classem unitam, postquam Calderum incassum expectasset, eique bis pugnam navalem obtulisset, tranquille intrasse in portus: Viganum, Coronensem, & Ferroliensem, quam rem cum Anglicæ naves otiosæ tantum spectaverint, omnem in prælio ad promontorium finis terræ partam laudem amiserunt. Quod in præsens acerrime torquet Anglos, est metus excensionis, de qua proxime tentanda nemo amplius dubitat. Ut in his angustiis populus placetur, eique aliquod solatii genus procuretur, Ministeriales ephemerides buccinant inita esse in ejus favorem in continente foedera, & quasi non

posset  
quam  
va pro  
& Pon  
tus Au  
Sine d  
ambigu  
bat, e  
in finit  
enda  
eam I  
illuc s  
quod  
des, a  
unum  
utilita  
Anglic  
rerum  
tendu  
major  
favent  
Nover  
Imper  
tinent  
foeder  
nium  
bello  
ses ep  
qui ec  
nem  
hujus  
vit,

posset aliter Anglorum animus accendi, quam certitudine copiosi auxilii, eadem nova promittunt non tantum Russiæ suppétias, & Portæ Ottomanicæ, sed etiam apparatus Austriæ in hunc finem esse susceptos. Sine dubio Borussia, cujus Sensa minime ambigua sunt, eos non mediocriter perturbat, ex eo potissimum, quod sua præsidia in finibus Pommeraniæ sita sine mora munienda curet; de qua provincia affirmarunt, eam Imperatori Russiæ esse venditam, ut illuc suas copias possit immittere. Cæterum quod hac de re asserunt Anglicæ ephemerides, ad meras pertinet conjecturas. Hoc unum certum est: Gentes, quibus propria utilitas cordi est, cavebunt se in negotia Angliæ miscere . . . Noverint Londinenses rerum novarum scriptores, omnia, quæ eo tendunt, ut lis cum Angliâ implicatior fiat, majora tantum emolumenta allatura Galliæ, faventem enim sibi producet digressionem; Noverint, forte nihil felicius posse evenire Imperatori Gallorum, quam Angliam in continente superare, minimum in uno suorum scederatorum, cujus provinciæ illi vadimonium pro pace, vel compensationem pro bello præstare possent. Denique Londinenses ephemeridum compilatores, & Ministri, qui eos solvunt, non obliviscantur, Napoleonem unicum esse adhuc rectorem exercituum hujus sæculi, qui suis victoriis regna fundavit, vel evertit, eosque Principes pessime

rebus suis consulturos, qui se adversum instauratorem throni, & religionis conjungerent, hæc etenim conjunctio posset cum interitu Regnorum finiri illius, qui in hoc tam male excoctum consilium fuisset inductus.

### B i o g r a p h i a.

*Bender* (Blasius, Imperii Germanici liber Baro) Ordinis militaris Theresiani magnæ crucis Eques, Cæsareo Regius Campi Marschallus, Legionis pedestris proprietarius, natus est Gengenbaci, urbe prærogativæ imperialis, in Ortenavia in circulo Svevico A. 1713, 11-ma Novembris. A. 1733. nomen dedit militiæ Cæsareæ ut tiro generosæ stirpis, A. 1734. factus signifer, quo anno, & sequenti interfuit duobus conflictibus sub Principe Eugenio. In bello turcico, quod A. 1737. eruperat, illis adnumerabatur, qui Banialucam obsidione liberarunt, quo tempore in pugna prope propugnaculum commissa vulneratus est; Bellavit etiam in bello successione Austriacæ, ubi ei A. 1741. in infelici pugna ad vicum Molvicz in Silesia glanæ plumbea pedem sinistrum perforavit. Aderat quoque in oppugnatione Pragæ, ubi ei acinace in sclopo firmato, vulgo *bajonneto* collum fuit sauciatum. Porro in actione ad Strigoviam, & Trautonoviam dimicanti globus per medium corpus transivit. In bello

contra  
ruit sub  
ptennali  
gam, i  
Vratisla  
buni dig  
tino ad  
Haddik  
gnatum  
neralis  
præsidi  
ei mun  
vidæ a  
lata eic  
tinuit p  
tore J  
menta  
rum E  
sus D  
num  
12 co  
tuor v  
cumen  
fortitu  
tæ in  
1789.  
immin  
non m  
clade  
ab Im  
pi M  
magn

contra Gallos in Belgio gesto stipendia me-  
 ruit sub Ducibus Royan, & Laffeld. In se-  
 ptennali bello certamini se miscuit pone Pra-  
 gam, in monte Moisis in Saxonia, & ad  
 Vratislaviam, & tunc quidem jam Pro- tri-  
 buni dignitate fulgebat. Aderat, dum repen-  
 tino adventu Berolinum oppressit Generalis  
 Haddik, uti etiam, dum ad Torgaviam pu-  
 gnatum est. A. 1769. renunciatus est ge-  
 neralis excubiarum magister, & Præfectus  
 præsidii Philipsburgensis. A. 1765. obtigit  
 ei munus Promareschalli, & Præfectura in-  
 victæ arcis Olomuciensis. Eodem anno col-  
 lata eidem est legio pedestris. A. 1785. ob-  
 tinuit præfecturam Luxemburgi, ab Impera-  
 tore Josepho II factus est generalis rei tor-  
 mentariæ magister, & in numerum libero-  
 rum Baronum adlectus. Hic itaque genero-  
 sus Dux intererat 20 expeditionibus, & non  
 numerando prælium ad S. Hubertum initum,  
 12 conflictibus, 9 oppugnationibus, & qua-  
 tuor vulnera reportavit. Specialia tamen do-  
 cumenta studii in fungendo ministerio, atque  
 fortitudinis dedit Benders tempore concita-  
 tæ in Belgio seditionis; Annus labebatur  
 1789. quo factiosi Præsidio Luxemburgico  
 imminabant, at ille collectis omnibus viribus  
 non modo fortiter iisdem restitit, sed multa  
 clade affectos profligavit etiam, quapropter  
 ab Imperatore Leopoldo II dignitatem Cam-  
 pi Mareschalli, & ordinem Theresianum  
 magnæ crucis est consecutus. A. 1794 vi-

Æoria ad Gallos transeunte, qui totum jam Belgium suæ potestati subjecerant, tanta ille fortitudine Luxemburgum tutatus est, ut non nisi extrema fame adactus illud post octo mensium oppugnationem hosti tradiderit. Quo factò rediit Vindobonam omni honoris significatione exceptus est ab Imperatore Francisco II, atque in præmium heroicæ virtutis Generalis Regni Bohemæ Præfectus nominatus. Diem supremum obiit 20. Novembris A. 1798. Præge meritis gravis, postquam annos ætatis 86 servitii autem 65 compleisset. Primum a morte ejus innotuit, fuisse ab eo, licet facultatibus non adeo instructo, titulo subsidii bellici donatos 3400 fl. & quidem tecto nomine.

---

In eadem hac Officina Belnayana sequentes, præter complures alios, libri venales prostant :

Tavaszi Virágok. 1805-re. Szedte B. I. 18 kr.  
Csétsényi Svastics Ignácz Magyarok' Históriája, három részre metszett képekkel III T. maj. 8. 1805. 5 fl.

Gazdagsági oktatás arról, hogy miképpen kell és lehet a' Német és Spaanyol Löherét Magyar országban legjobb moddal és legnagyobb haszonnal természetni, és mind a' kettőnek a' magvát bőséggel szaporítani. Poszonyban 1805. 8-vo. 10 kr.

---

N E

Nr

D

Elysium-

Ubi sum

Aegrotale te  
evolunt  
bilia f  
cœper  
excepti  
norum  
flavan  
usque  
ræ me  
rum n  
rerum  
supere  
munde